Hostes, proelio superati, simul atque se ex fuga receperunt, statim ad Caesarem legatos de pace miserunt; obsides sese daturos quaeque imperasset facturos sese polliciti sunt. Una cum his legatis Commius Atrebas venit, quem supra demonstraveram a Caesare in Britanniam praemisum.

XXIX (1-2) La flota romana lucha contra los elementos.

Eadem nocte accidit ut esset luna plena, qui dies a maritimos aestus maximos in Oceano efficere consuevit, nostrisque id erat incognitum. Ita, uno tempore, et longas nave quibus Caesar exercitum transportandum curaverat quasque Caesar in aridum subduxerat, aestus compleverat, et onerarias, quae ad ancoras erant deligatae, tempestas adflictabat, neque ulla nostris facultas aut administrandi aut auxiliandi dabatur.

Dadas las dificultades que tienen los romanos para regresar a la Galia, los britanos, a pesar de haber solicitado la paz, deciden reanudar la guerra.

XXXIV (1-2) César lleva el auxilio a las tropas romanas en un momento muy delicado.

Quibus rebus, perturbatis nostris novitate pugnae, tempore oportunissimo Caesar auxilium tulit: namque eius adventu hostes constiterunt, nostri se ex timore receperunt. Quo facto, ad lacessendum hostem et committendum proelium alienum esse tempus arbitratus, suo se loco continuit et, brevi tempore intermisso, in castra legiones reduxit.

XXXV (2-3) Nuevo combate con los britanos.

Commisso proelio, diutius nostrorum militum impetum hostes ferre non potuerunt ac terga verterunt. Quos tanto spatio secuti quantum cursu et viribus efficere potuerunt, complures ex iis occiderunt, deinde omnibus longe lateque aedificiis incensis, se in castra receperunt.

XXXVI (1-2) Exigencias de César a los britanos derrotados.

Eodem die legati, ab hostibus missi, ad Caesarem de pace venerunt. His Caesar numerum obsidum quem ante imperaverat duplicavit eosque in continentem adduci iussit, quod, propinqua die aequinoctii, infirmis navibus, hiemi navigationem subiciendam non existimabat.

Los romanos, al llegar al continente, tienen un breve enfrentamiento con los morinos, que se habían sublevado con la esperanza de botín.

LIBER QUINTUS [\(Volver al ÍNDICE\)](#)

El Libro Quinto presenta dos partes contrapuestas: los veintitrés capítulos iniciales están dedicados a la segunda expedición a Britania; los treinta y tres restantes se ocupan de las revueltas en el nordeste de la Galia. A decir verdad, el segundo grupo corresponde al invierno del 54-53, con lo que el libro V, correspondiente a los hechos del 54, hubiera debido acabar en el capítulo veinticuatro. En Britania, el plan de César consistía en conquistar la parte más cercana a la Galia (Kent y, posiblemente, Cornualles). Sin embargo, la expedición se saldó con un nuevo fracaso. Las razones eran variadas: la campaña se había iniciado con mucho retraso, sobre su ejército se había abatido una serie de calamidades y, lo más importante, la estrategia de hostigamiento del jefe enemigo Casivelono acabó por dejarle en una situación comprometida. En los primeros días de septiembre, apenas tres semanas de su llegada, las tropas volvieron a embarcar. Por si no fuera suficiente este fracaso, durante el invierno estalló una revuelta en torno a los campamentos que César había ubicado en el centro y nordeste de la Galia. El levantamiento obedecía a varios factores: las élites locales impuestas por César estaban pasándose al bando enemigo, muchos pueblos sentían amenazada su propia existencia con la agresiva política de César y, en último lugar aunque no menos importante, los druidas se habían decidido a intervenir, quizá en respuesta a la intromisión de César en suelo britano, centro del culto druídico. El plan estaba bien pensado y podía poner en graves aprietos a las legiones, aisladas unas de otras. César no permite apreciar en su relato con claridad la secuencia cronológica, ya que se ha centrado en la suerte dispar de dos de sus legiones: una legión y media, acampada en territorio de los eburones, fue totalmente exterminada por éstos, bajo el mando de Ambórix; en cambio, la legión estacionada en territorio de los nervios, mandado por Quinto Cicerón, logró resistir hasta su llegada. Tras esto, el libro se cierra con la victoria de Labieno sobre los tréveros, un broche optimista para concluir un libro plagado de malas noticias. De hecho, tras declararla pacificada, César pasó el invierno en la Galia y se vio en la necesidad de reclutar dos nuevas legiones en el norte de Italia, además de pedir una a Pompeyo, lo que elevó la suma a un total de diez, en torno a cincuenta mil hombres.

I-VI César regresa a Italia como cada año, y ordena a los legados que construyan naves y reparen las viejas.

César tiene conocimiento de las incursiones de los pirustas en la provincia y se dirige al Ilírico. Aunque César tiene hechos los preparativos para dirigirse de nuevo a Bretaña. César se dirige al territorio de los tréveros, el pueblo más poderoso de la Galia en caballería, limita con el Rin. Dos tréveros se disputan la supremacía, Induciomaro y Cingetórix (se pone a disposición de César). Al final se le presenta también Induciomaro y no fue necesaria la guerra. Se dirige al puerto Icio para desembarcar en dirección a Bretaña. César decide llevarse numerosos rehenes galos a Bretaña, entre ellos a Dumnórix que intenta provocar, antes de embarcar, un levantamiento entre los galos. Aplazada la marcha a Bretaña por razones climatológicas, Dumnórix logra huir hacia el interior de la Galia.

VII (8-9) César manda a la caballería que dé caza a Dumnórix y les ordena que lo traigan vivo o muerto.

Por fin César embarca para Bretaña y deja al frente de las tropas que permanecen en la Galia a T. Labieno. Enfrentamientos con los britanos. Daños importantes en las naves romanas provocados por el temporal. Descripción de Bretaña y de sus habitantes.

XIV (1-4) Interesante descripción de los habitantes de Cancio (Kent).

Ex his omnibus longe sunt humanissimi qui Cantium incolunt, quae regio est maritima omnis, neque multum a Gallica differunt consuetudine. Interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne vivunt pellibusque sunt vestiti. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque hoc horridiores sunt in pugna aspectu; capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum superius. Vxores habent deni duodenique inter se communes et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis.

XV (3-5) Después de una primera derrota a los britanos, éstos efectúan un ataque sorpresa cuando los romanos están descuidados.

At illi intermisso spatio imprudentibus nostris atque occupatis in munitione castrorum subito se ex statione pro castris collocati, acriter pugnaverunt, duabusque missis subsidio cohortibus a Caesare atque eis primis legionum duarum, cum hae perexiguo intermisso loci spatio inter se constitissent, novo genere pugnae perterritis nostris per medios audacissime perruperunt seque inde incolumes receperunt. Eo die Quintus Laberius Durus, tribunus militum, interficitur. Illi, pluribus submissis cohortibus, repelluntur.

XVII (1-3, hasta "sequendi fecerunt") otra batalla con los britanos.

Postero die procul a castris hostes in collibus constiterunt rarique se ostendere et lenius quam pridie nostros equites proelio lacessere coeperunt. Sed meridie, cum Caesar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum cum Gaio Trebonio legato misisset, repente ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt, sic uti ab signis legionibusque non absisterent. Nostri, acriter in eos impetu facto, repulerunt neque finem sequendi fecerunt.

César se dirige a los territorios de Casivelauno: pequeños esarceos y enfrentamientos. César protege y apoya a otros pueblos britanos, acosados por Casiovelauno.

XXII (1) Casiovelauno intenta levantar la región de Kent contra los romanos.

Dum haec in his locis geruntur, Cassivellaunus ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstravimus, quibus regionibus quattuor reges praeerant, Cingetorix, Carvilius, Taximagulus, Segovax, nuntios mittit atque eis imperat uti, coactis omnibus copiis, castra navalia de improvise adorianur atque oppugnent.

Casiovelauno, ante las numerosas adversidades y defecciones de varios pueblos, se entrega a César. César regresa a la Galia.

XXIV (1) Situación en la Galia al regresar César de Bretaña.

Subductis navibus concilioque Gallorum Samarobriuae peracto, quod eo anno frumentum in Gallia propter siccitates angustius provenerat, coactus est aliter ac superioribus annis exercitum in hibernis collocare legionesque in plures civitates distribuere.

Movimientos en diferentes pueblos galos, próximos a los germanos, contra los romanos. Los romanos no saben qué hacer: atacar o esperar a César. Titurio Sabino quiere el enfrentamiento, se sale con la suya. El jefe de los galos es Ambiórrix.

XXXVI (1-2, hasta "licere") Q. Titurius Sabino, estando en clara desventaja los romanos, intenta llegar a un acuerdo con el enemigo Ambiórrix.

His rebus permotus Quintus Titurius, cum procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset, interpretem suum Gnaeum Pompeium ad eum mittit rogatum ut sibi militibusque parcat. Ille, appellatus, respondit: si velit secum colloqui, licere.

XXXVII (2-4) Muerte de los dos legados, Sabino y Cota.

Interim, dum de condicionibus inter se agunt longiorque consulto ab Ambiorige instituitur sermo, paulatim circumventus interficitur. Tum vero, suo more, victoriam conclamant atque ululatum tollunt, impetuque in nostros facto, ordines perturbant. Ibi Lucius Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum. Reliqui se in castra recipiunt unde erant egressi.

XXXVII (5-7) Derrota total de los romanos a manos de Ambiórrix.

Ex quibus Lucius Petrosidius aquilifer, cum magna multitudine hostium premeretur, aquilam intra vallum proiecit; ipse pro castris fortissime pugnans occiditur. Illi aegre ad noctem oppugnationem sustinent; noctu ad unum omnes, desperata salute, se ipsi interficiunt. Pauci, ex proelio lapsi, incertis itineribus, per silvas ad Titum Labienum legatum in hiberna perveniunt atque eum de rebus gestis certiore faciant.

XXXIX (3-4) Varios pueblos galos atacan el cuartel de invierno de Cicerón.

His circumventis, magna manu Eburones, Nervii, Aduatuci atque horum omnium socii et clientes legionem oppugnare incipiunt. Nostri celeriter ad arma concurrunt, vallum conscendunt. Aegre is dies sustentatur, quod omnem spem hostes in celeritate ponebant atque, hanc adepti victoriam, in perpetuum se fore victores confidebant.

Durísimo asedio al campamento de Cicerón. Todos los emisarios, que intentan informar a César de lo sucedido, son interceptados.

XLV (2-4) Por fin Verticón, un galo del pueblo nervio, que se había pasado a Cicerón logra informar a César del gravísimo asedio.

Erat unus intus Nervius nomine Vertico, loco natus honesto, qui a prima obsidione ad Ciceronem perfugerat suamque ei fidem praestiterat. Hic servo spe libertatis magnisque praemiis ut litteras ad Caesarem deferat. Has ille in iaculo illigatas effert et Gallus, inter Gallos sine ulla suspicione versatus, ad Caesarem pervenit.

Movimientos y medidas de César para intentar solucionar el grave enfrentamiento.

XLVIII (2-4) César intenta informar a Cicerón de su llegada.

Venit magnis itineribus in Nerviorum fines. Ibi ex captivis cognoscit, quae apud Ciceronem gerantur, quantoque in periculo res sit. Tum cuidam ex equitibus Gallis magnis praemiis persuadet uti ad Ciceronem epistolam deferat. Hanc Graecis conscriptam litteris mittit, ne, intercepta epistola, nostra ab hostibus consilia cognoscantur.

XLIX (1-3) Los galos se dirigen contra César. Cicerón informa a César.

Galli, re cognita per exploratores, obsidionem relinquunt, ad Caesarem omnibus copiis contendunt. Hae erant armata circiter milia LX. Cicero, ab eodem Verticone, quem supra demonstravimus, data facultate, Gallum reperit qui litteras ad Caesarem deferat; hunc admonet, iter caute diligenterque faciat; perscribit in litteris hostes ab se discessisse omnemque ad eum multitudinem convertisse.

L (4-5) Órdenes de César ante el combate.

Prima luce hostium equitatus ad castra accedit proeliumque cum nostris equitibus committit. Caesar consulto equites cedere seque in castra recipere iubet, simul ex omnibus partibus castra altiore vallo muniri portasque obstrui atque in his administrandis rebus quam maxime concursari et cum simulatione agi timoris iubet.

LI (5) César derrota a los galos.

Tum Caesar, omnibus portis eruptione facta equitatuque emisso, celeriter hostes in fugam dat, sic uti omnino pugnandi causa resisteret nemo, magnumque ex eis numerum occidit atque omnes armis exuit.

Se extiende la noticia de la victoria de César. Se normaliza la situación.

LVIII (6-7) Induciomaro, jefe de los tréveros, que había intentado otra sublevación, muere a manos del ejército del legado T. Labieno.

Comprobat hominis consilium fortuna, et cum unum omnes peterent, in ipso fluminis vado deprehensus Indutiomarus interficitur, caputque eius refertur in castra: redeuntes equites quos possunt consecantur atque occidunt. Hac re cognita omnes Eburonum et Nerviorum quae convenerant copiae discedunt, pauloque habuit post id factum Caesar quietiorem Galliam.

LIBER SEXTUS [\(Volver al ÍNDICE\)](#)

El Libro Sexto recoge las intensas actividades del año 53: operaciones de sometimiento a diversas tribus galas, segunda expedición al otro lado del Rin, persecución de Ambíorix y exterminio de los eburones. Sin embargo, es uno de los más breves. Ello se debe a que César no estaba dispuesto a ofrecer como único logro de este año una larga y monótona lista de pueblos pacificados que nunca terminaban de someterse. En consecuencia, optó por una larga digresión que ocupa el cuarenta por ciento del libro: este tipo de descripciones etnográficas llamaban poderosamente la atención de los lectores de la época. El segundo paso del Rin no tenía, en palabras de César, otro propósito que el de hacer una demostración de fuerza a los suevos y a los ubios, aunque algunos autores modernos sospechan de que aquél había concebido grandes planes de conquista para Germania. Sea como fuere, al retirarse los suevos dio por concluida, acertadamente, la aventura germana. De vuelta a la Galia, concentró sus esfuerzos en la figura de Ambíorix, e intentando poner a su propio pueblo en contra desató una campaña de exterminio que prácticamente hizo desaparecer a los eburones de la Historia. César "inventó" el Rin como frontera natural entre galos y germanos o, lo que era lo mismo a sus ojos, entre pueblos en vías de civilización y simples bárbaros. En realidad, a ambos lados del río se estaba desarrollando una cultura única, la de los celtas de La Tène. Se trataba de justificar la conquista de la Galia como algo necesario: allí había una cultura en formación que debía ser incorporada al mundo romano, salvándola de la agresión germana. Para una parte de la sociedad, los bárbaros no podían ser asimilados y, por tanto, se desaconsejaba su conquista. Durante el invierno, en el norte de Italia, César se vio obligado a reconducir la situación en Roma: las muertes de Julia y Craso y el asesinato de Clodio habían resquebrajado su alianza con Pompeyo, ahora más cercano a sus oponentes políticos. Mientras en la Galia la rebelión parecía más que evidente, la ruptura con Pompeyo fue total.

II (1-2) Los tréveros siguen intentando la guerra contra los romanos.

Interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad eius propinquos a Treveris imperium defertur. Illi finitimos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt. Cum ab proximis impetrare non possent, ultiores temptant. Inventis nonnullis civitatibus, iure iurando inter se confirmant obsidibusque de pecunia cavent; Ambiorigem sibi societate et foedere adiungunt.

Hay otros levantamientos en la Galia, sofocados rápida y fácilmente por César. Cumplido esto, César se dirige contra los tréveros y Ambíorix.

V (4) Los menapios, aliados de Ambíorix.

Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus silvisque muniti, qui uni ex Gallia de pace ad Caesarem legatos numquam miserant. Cum his esse hospitium Ambiorigi sciebat; item per Treveros venisse Germanis in amicitiam cognoverat.

V (6-7) Decisiones de César contra los tréveros y los menapios.

Hoc inito consilio, totius exercitus impedimenta ad Labienum in Treveros mittit duasque legiones ad eum proficisci iubet; ipse cum legionibus expeditis quinque in Menapios proficiscitur. Illi, nulla coacta manu, loci praesidio freti, in silvas paludesque confugiunt suaque eodem conferunt.

VII (1-3) Actuaciones de los tréveros contra el legado Labieno.

Dum haec a Caesare geruntur, Treveri, magnis coactis peditatus equitatusque copiis, Labienum cum una legione, quae in eorum finibus hiemaverat, adoriri parabant, iamque ab eo non longius bidui via aberant, cum duas venisse legiones missu Caesaris cognoscunt. Positis castris a milibus passuum XV, auxilia Germanorum exspectare constituunt.

Ante el ataque, Labieno simula huir.

VIII (3, desde "habetis inquit", -4) Palabras de Labieno a sus soldados.

"Habetis," inquit, "milites, quam petistis facultatem: hostem impedito atque iniquo loco tenetis: praestate eandem nobis ducibus virtutem, quam saepe numero imperatori praestitistis, atque illum adesse et haec coram cernere existimate."

Son derrotados los tréveros. Los germanos, conocida la huida de los tréveros, regresan a su patria.

César decide cruzar el Rhin por dos razones:

1ª.- Porque los germanos habían enviado tropas auxiliares a los tréveros contra César.

2ª.- Para evitar que Ambiórrix se refugiara allí.

Los ubios, pueblo germano, se ofrecen a César para evitar ser atacados y denuncian que las tropas enviadas proceden de los suevos. Conocida la llegada de los romanos, los suevos se retiran a una selva interminable, llamada Bacones.

César cuenta las costumbres de la Galia y de Germania y las diferencias que hay entre unos y otros.

XIV (1-3) Descripción de los druidas, casta sacerdotal gala. (quizá sea interesante incluir todo el capítulo XIV por el contenido).

Druides a bello abesse consuerunt *neque* tributa una cum reliquis pendunt; militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis, et sua sponte multi in disciplinam conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vicenos in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Graecis litteris utantur. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgum disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt, litteris confisos minus memoriae studere: quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto. Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt.

XIX (3) Costumbres galas.

Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem; et cum paterfamiliae illustriore loco natus decessit, eius propinqui conveniunt et, de morte, si res in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum quaestionem habent et, si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.

XIX (4) Funerales galos.

Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica et sumptuosa; omniaque quae vivis cordi fuisse arbitrantur in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo supra hanc memoriam servi et clientes, quos ab eis dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis, una cremabantur.

XXI (1-3) Costumbres de los germanos. (quizá sea interesante, por el contenido, todo el capítulo). Lo mismo ocurre con el capítulo XXII completo y en el XXIII. Sigue describiendo otras costumbres y animales propios de las selvas germánicas. En el capítulo XXIX César retoma el relato de los suevos.

Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit: ab parvulis labori ac duritiae student. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali vires nervosque confirmari putant. Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus; cuius rei nulla est occultatio, quod et promiscue in fluminibus perluuntur et pellibus aut parvis renonum tegimentis utuntur magna corporis parte nuda.

[22] Agriculturae non student, maiorque pars eorum victus in lacte, caseo, carne consistit. Neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios; sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui una coierunt, quantum et quo loco visum est agri attribuunt atque anno post alio transire cogunt. Eius rei multas adferunt causas: ne adsidua consuetudine capti studium belli gerendi agricultura commutent; ne latos fines parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent; ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; ut animi aequitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat.

[23] Civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam prope audere consistere; simul hoc se fore tutiores arbitrantur repentinae incursionis timore sublato. Cum bellum civitas aut illa tum defendit aut infert, magistratus, qui ei bello praesint, ut vitae necisque habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt, atque ea iuventutis exercendae ac desidia minuendae causa fieri praedicant. Atque ubi quis ex principibus in concilio dixit se ducem fore, qui sequi velint, profiteantur, consurgunt ei qui et causam et hominem probant suumque auxilium pollicentur atque ab multitudine collaudantur: qui ex his secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumque his rerum postea fides derogatur. Hospitem violare fas non putant; qui quacumque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, sanctos habent, hisque omnium domus patent victusque communicatur.

XXIX (1) César es informado por los ubios de la actuación de los suevos.

Caesar, postquam per Ubios exploratores comperit Suebos sese in silvas recepisse, inopiam frumenti veritus, quod, ut supra demonstravimus, minime omnes Germani agriculturae student, constituit non progredi longius.

De la manera más imprevista es sorprendido Ambiórrix por los romanos y después de huir a la selva se suicida tomando zumo de tejo.

César organiza la persecución y la guerra a los enemigos dispersos y atemorizados (los eburones). Los germanos, enterados de que los romanos han dejado una escasa defensa en el campamento de aprovisionamiento, encabezado por Q. Tulio Cicerón, lo atacan inesperadamente. A duras penas logran los romanos conservar el campamento. Un increíble temor se apoderó de ellos. César mata a Acón, caudillo de los senones. César instala los cuarteles de invierno en diferentes lugares (tréveros, lingones...). César marcha a Italia a celebrar las asambleas como tenía por costumbre (ut instituerat, in Italiam ad conventus agendos profectus est).

LIBER SEPTIMUS [\(Volver al ÍNDICE\)](#)

El Libro Séptimo narra el enfrentamiento casi épico entre César y Vercingétorix (52 a.E.). La nueva y definitiva revuelta se inició en Cénabo, con la matanza de los comerciantes romanos afincados en la plaza. Al frente de la rebelión, posiblemente organizada por los druidas, se encontraba Vercingétorix, un líder con grandes dotes diplomáticas y militares. César tuvo que asegurar primero la defensa de la Narbonense, amenazada a lo largo de toda la frontera pero, al mismo tiempo, debía impedir que sus legiones fueran aniquiladas. Existía una buena estrategia por parte gala, pero fracasó y César se apresuró hacia Agedinco, dando un rodeo por el este que no esperaban sus enemigos. De esta manera, reunió en la plaza a dos legiones y esperó a las restantes. Todo ocurrió tan deprisa que Vercingétorix tuvo que recurrir a la estrategia de tierra quemada, pero aún así no evitó la toma de César de la ciudad de Avárico, que le procuró una ingente cantidad de provisiones. El asedio de la plaza exasperó a sus soldados: tal es, al menos, la justificación esgrimida por César por la matanza de sus habitantes. Ya a la ofensiva, el siguiente paso lo dio César en Gergovia y constituyó el primer gran fracaso en suelo galo, aunque su relato apenas lo deje traslucir: todas las culas recaen en la indisciplina y presunción de sus soldados. Las consecuencias de la derrota fueron importantes: César emprendió el camino de vuelta a la Narbonense perseguido por la gran coalición gala y sus antiguos socios, los heduos. Vercingétorix cayó sobre el ejército pero sufrió una destacable derrota, propiciada principalmente por la caballería y la infantería ligera que César había hecho traer desde el otro lado del Rin. Ahora eran los galos los que se veían obligados a huir. Vercingétorix se dirigió a Alesia, donde tendría lugar la batalla final. Se ha pensado que Alesia era en realidad una trampa tendida a César que tenía como objetivo atraparle entre el ejército de Vercingétorix en la plaza y el proveniente del exterior. Si falló fue por la tardanza de este último. Por contra, algunos creen que fue todo lo contrario: César simuló su retirada a la Narbonense para después obligar a los galos a retroceder hasta Alesia, donde les atraparía en una ratonera. Y así fue: César rodeó la plaza con un doble sistema de fortificaciones que le permitió mantener el asedio y rechazar al tiempo cualquier agresión del exterior. Hasta tres ataques lanzaron los galos a ambos lados de la empalizada, pero los romanos, son sufridísimos apuros, salieron ilesos de todos. Las tropas de refuerzo galas se dispersaron y dejaron a su suerte a Vercingétorix. Éste evitó una nueva masacre entregándose en persona a finales del 52.

I (1) César regresa a Italia y movimientos entre los galos.

Quieta Gallia Caesar, ut constituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiscitur. Ibi cognoscit de Clodii caede [de] senatusque consulto certior factus, ut omnes iuniores Italiae coniurarent, delectum tota provincia habere instituit.

Los carnutes prometen ser los primeros en hacer la guerra.

III (1-2, hasta "perfertur") primera actuación de los carnutes.

Vbi ea dies venit, Carnutes, Cotuato et Conconnetodumno ducibus, desperatis hominibus, Cenabum, signo dato, concurrunt civesque Romanos, qui negotiandi causa ibi constiterant, in his Gaium Fufium Citam, honestum equitem Romanum, qui rei frumentariae iussu Caesaris praeerat, interficiunt bonaque eorum diripiunt. Celeriter ad omnes Galliae civitates fama perfertur.

XIII (1-2, hasta "receperunt") César ordena atacar a los galos.

Caesar ex castris equitatum educi iubet, proelium equestre committit; laborantibus iam suis, Germanos equites circiter CCCC summittit, quos ab initio habere secum instituerat. Eorum impetum Galli sustinere non potuerunt atque, in fugam coniecti, multis amissis, se ad agmen receperunt.

Vercingetórix ha sufrido varios descalabros y convoca una asamblea para comunicar sus nuevos planes. Incendian numerosas ciudades. La ciudad de Avarico se salva del incendio. Maniobras y decisiones de César y de Vercingetórix.

XXVI (3-5) Actuaciones de las madres galas ante la posible huida de la ciudad de Avarico del ejército galo.

Iamque haec facere noctu apparabant, cum matres familiae repente in publicum procurrerunt flentesque proiectae ad pedes suorum omnibus precibus petierunt, ne se et communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam naturae et virium infirmitas impediret. Vbi eos in sententia perstare viderunt, quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit, conclamare et significare de fuga Romanis coeperunt. Quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum viae praeoccuparentur, consilio destiterunt.

Los romanos asaltan la ciudad, matan incluso a niños y mujeres. De los 40.000 sólo logran huir al campamento con Vercingetórix 800.

Vercingetórix, tras la grave pérdida de Avarico, rehace el ejército y suple las pérdidas.

Los heduos acuden a César para pedirle su intervención en la disensión interna. César adjudica el poder a Convictolitán. Nuevos enfrentamientos César y Vercingetórix en Gergovia.

Convictolitán, sobornado por los arvernos, se pone en contacto con Citavico y deciden sumarse a los demás pueblos galos frente a los romanos.

Litavico se pone al frente del ejército de 10.000 heduos, que en principio acudían en ayuda de César. Deciden enfrentarse a los romanos y acudir a Gergovia en apoyo de los arvernos. El heduo Eporedórix informa a César. Rápida intervención de César.

XL (5-7) Situado frente al ejército heduo, César logra hábilmente salvar la situación.

Eporedorigem et Viridomarum, quos illi interfectos existimabant, inter equites versari suosque appellare iubet. His cognitis et Litavici fraude perspecta, Aedui manus tendere, deditionem significare et proiectis armis mortem deprecari incipiunt. Litaviccus cum suis clientibus, quibus more Gallorum nefas est etiam in extrema fortuna deserere patronos, Gergoviam profugit.

XLII (1-3) Actuaciones de los heduos, ante los falsos mensajes de Litavico.

Dum haec ad Gergoviam geruntur, Haedui, primis nuntiis ab Litavico acceptis, nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt. Impellit alios avaritia, alios iracundia et temeritas, quae maxime illi hominum generi est innata, ut levem auditionem habeant pro re comperta. Bona civium Romanorum diripiunt, caedes faciunt, in servitutem abstrahunt.

Es increíble la magnanimidad que muestra continuamente entre los heduos a pesar de las continuas rebeliones, por unas u otras razones de los heduos.

XLVII (1-2) Tomados rápidamente los campamentos arvernos, César ordena la retirada.

Consecutus id quod animo proposuerat, Caesar receptui cani iussit legionique decimae, quacum erat, continuatus signa constituit. Ac reliquarum legionum milites, non exaudito sono tubae, quod satis magna valles intercedebat, tamen ab tribunis militum legatisque, ut erat a Caesare praeceptum, retinebantur.

XLVII (3-4) A pesar de la orden, no oída por otras legiones, continúan el asalto, movidos por el ansia de gloria, esto les ocasionará su derrota y muerte.

Sed, elati spe celeris victoriae et hostium fuga et superiorum temporum secundis proeliis, nihil adeo arduum sibi esse existimaverunt quod non virtute consequi possent, neque finem prius sequendi fecerunt quam muro oppidi portisque appropinquarent. Tum vero ex omnibus urbis partibus orto clamore, qui longius aberant repentino tumultu perterriti, cum hostem intra portas esse existimarent, sese ex oppido eiecerunt.

XLVII (5-6) Peticiones de las mujeres galas.

Matres familiae de muro vestem argentumque iactabant et, pectore nudo prominentes, passis manibus, obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent neu, sicut Avarici fecissent, ne a mulieribus quidem atque infantibus abstinerent: nonnullae, de muris per manus demissae, sese militibus tradebant.

XLIX (1) Órdenes de César ante la situación desfavorable del ejército romano en esta zona.

Caesar, cum iniquo loco pugnari hostiumque augeri copias videret, praemetuens suis ad Titum Sextium legatum, quem minoribus castris praesidio reliquerat, misit, ut cohortes ex castris celeriter educeret et sub infimo colle ab dextro latere hostium constitueret.

Muy interesante el LII en el que César se dirige a los soldados para reprenderles el que no se retiraran, dada la señal, pero alaba su valor y grandeza de ánimo. Atribuye la derrota a la desigualdad del lugar.

De nuevo Litavico se dirige a los heduos para sublevarlos. César es informado por Viridomaro y deciden Viridomaro y Eporedórix apoyarles y saquean la ciudad hedua de Novioduno, en la que César tenía depositados todos los rehenes de la Galia, el trigo, el dinero público y gran parte de su equipaje y de los del ejército. Incendian la ciudad. También se rebelan los belovacos.

LXII (1-2) Labieno anima a los romanos a combatir.

Prima luce et nostri omnes erant transportati, et hostium acies cernebatur. Labienus milites cohortatus ut suae pristinae virtutis et secundissimorum proeliorum retinerent memoriam atque ipsum Caesarem, cuius ductu saepe numero hostes superassent, praesentem adesse existimarent, dat signum proelii.

LXIII (1-4) Conocida la defección de los heduos, se acrecienta la guerra.

Defectione Aeduorum cognita bellum augetur. Legationes in omnes partes circummittuntur: quantum gratia, auctoritate, pecunia valent, ad sollicitandas civitates nituntur; nacti obsides, quos Caesar apud eos deposuerat, horum supplicio dubitantes territant. Petunt a Vercingetorige Aedui ut ad se veniat rationesque belli gerendi communicet.

LXIII (5-6) Vercingetórix es elegido general.

Re impetrata contendunt ut ipsis summa imperi tradatur, et re in controversiam deducta totius Galliae concilium Bibracte indicitur. Eodem conveniunt undique frequentes. Multitudinis suffragiis res permittitur: ad unum omnes Vercingetorigem probant imperatorem.

Decisiones y actuaciones de Vercingetórix al mando de los galos.

LXV (4) Medidas de César ante la difícil situación.

Caesar, quod hostes equitatu superiores esse intellegebat et interclusis omnibus itineribus nulla re ex provincia atque Italia sublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas civitates quas superioribus annis pacaverat, equitesque ab his arcessit et levis armaturae pedites, qui inter eos proeliari consuerant.

Enfrentamientos entre romanos y galos.

LXVIII (1) Vercingetórix reúne las tropas en la ciudad de Alesia, donde se celebrará la batalla decisiva.

Fugato omni equitatu Vercingetorix copias, ut pro castris collocaverat, reduxit protinusque Alesiam, quod est oppidum Mandubiorum, iter facere coepit celeriterque impedimenta ex castris educi et se subsequi iussit.

LXXI (1-2) Actuaciones de Vercingetórix ante la difícil situación, intenta congregar más tropas.

Vercingetorix, priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, consilium capit omnem ab se equitatum noctu dimittere. Discedentibus mandat ut suam quisque eorum civitatem adeat omnesque qui per aetatem arma ferre possint ad bellum cogant.

Estremecedor y cruel discurso del arverno Critoñato.

Los galos, atrincherados en la ciudad de Alesia, obligan a los mandubios a salir de la ciudad.

LXXVIII (3-5) Los mandubios piden inútilmente la ayuda de César.

Mandubii, qui eos oppido receperant, cum liberis atque uxoribus exire coguntur. Hi, cum ad munitiones Romanorum accessissent, flentes omnibus precibus orabant, ut se in servitutem receptos cibo iuarent. At Caesar dispositis in vallo custodibus recipi prohibebat.

LXXX (5-7) Desarrollo de la batalla. Recordad que los germanos que aquí aparecen son tropas que luchan al lado de los romanos. La batalla se inclina a favor de los romanos.

Quod in conspectu omnium res gerebatur neque recte ac turpiter factum celari poterat, utrosque et laudis cupiditas et timor ignominiae ad virtutem excitabant. Cum a meridie prope ad solis occasum dubia victoria pugnaretur, Germani una in parte confertis turmis in hostes impetum fecerunt eosque propulerunt; quibus in fugam coniectis sagittarii circumventi interfectique sunt.

LXXXVIII (3-4) Momentos decisivos del combate.

Nostri omissis pilis gladiis rem gerunt. Repente post tergum equitatus cernitur; cohortes aliae appropinquant. Hostes terga vertunt; fugientibus equites occurrunt. Fit magna caedes. Sedulius, dux et princeps Lemovicum, occiditur; Vercassivellaunus Arvernus vivus in fuga comprehenditur; signa militaria septuaginta quattuor ad Caesarem referuntur: pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt.

LXXXIX (2, desde "mittuntur",-4) Perdida la batalla, Vercingetórix propone a su pueblo o que lo maten o que lo entreguen vivo a los romanos. Se envían legados a César sobre la cuestión y César decide. (Sería interesante poner el capítulo completo).

Mittuntur de his rebus ad Caesarem legati. Iubet arma tradi, principes produci. Ipse in munitione pro castris consedit: eo duces producuntur; Vercingetorix deditur, arma proiciuntur.

XC (1-3) Final.

His rebus confectis in Aeduos proficiscitur; civitatem recipit. Eo legati ab Arvernibus missi quae imperaret se facturos pollicentur. Imperat magnum numerum obsidum. Legiones in hiberna mittit. Captivorum circiter viginti milia Aeduis Arvernisque reddit.

El relato de César acaba bruscamente en este punto, sin ninguna conclusión final y tampoco insertando el contrapunto adecuado a la breve introducción del libro I; hay, de hecho, un Libro Octavo, que se ocupa de las campañas del 51 contra los carnutes y los belóvacos. Su autor, Hircio, disponía como "jefe de la secretaría" de César de suficiente documentación para llevar a cabo la tarea, además de informes remitidos por César y de otros más. Se afirma en su comienzo que toda la Galia estaba sometida y en su final que César lo había conseguido combinando rigor y benevolencia, premios y castigos. Persistían, no obstante, algunos focos de resistencia. El más importante de ellos, Uxeloduno, sufrió un castigo terrible por retardar la pacificación total hasta el año 50, momento en que César podía verse desposeído de sus poderes. Al cabo de aquellos ocho años de guerras, César había logrado, en palabras Jehne: "su consagración como fenómeno excepcional". "Como tantas otras veces en su vida, también ahora se encaminaba hacia una decisión en la que se jugaba el todo por el todo: o se convertía en cónsul y, previsiblemente, en el hombre más poderoso del Imperio Romano, o sería ignominiosamente expulsado de la clase dirigente y tendría que esperar el fin de sus días en cualquier rincón del Imperio. La lucha entre César y sus adversarios estaba llegando al punto decisivo." La guerra civil estaba a punto de llegar.